



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ioannicivs C. 4. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

fecit, cùm provinciam dira Iues famesque popu-
laretur, quando, ut Christum operiret, parietes
aulais, se lectulo etiam nudavit. Pestem suppli-
cationibus avertit ad DD. pulvinaria institutis, in
quibus ipse nudus pedes, funcque in collum in-
jecto, crucem prætulit, & in hac clavum ex illis
mūm, è quo nobilissimum olim anathema Ser-
vator pependit. Porro autoritatè Ecclesiaz vitam
posthabuit; & suam purpuram suo iter m san-
gine pinxit, nisi globus Divum jussus ferire à
tergo ad pedes delapsus esset. Puer, cùm alii lu-
dos, ipse VIRGINI templa obibat. Præter Horas
Canonicas, etiam Marianas quoridie dixit, & dici
ad domesticis voluit. Sub MARIA nomine colle-
gium adolescentulis nobilibus extruxit. MARIA
statuam ante omnium templorum portas posuit.
Hujus iconē armari omnes milites suos voluit,
forti utique clypeo. Mitto cætera, hoc addo: alios
purpura, CAROLVS purpuram ornavit. *Ex vitâ.*

O si consideraremus, quis sit Deus iste qui nos
dignatur aspicere, cui tam gratum est, quidquid
pro salute animarum fit, quam avidè & prompt-
è curreremus omnes, dicentes, Domine. Ecce ego
mitto me! S. Car. Borrom. Concion. 4. in Syn.
xi. habitâ,

S. IOANNICIVS C. 4. Novembribz.

Quid aula confers, si sanctius in caulâ vixi-
mus? Dum gregem pascit, ovis est IOANNI-
civs; dum electus à fortunâ latus jam Isaurici
Leonis stipat, in lupum abit, & rabiosâ hæresi
corruptus tristè terris & cælo ululat. Exi, ah! aula.
exi, IOANNICI, si exire errore gestis. Audit talia
ponentem Anachoretam: sequitur vocem, ab
aulæ

aulæ frequentiâ ad silvæ solitudinem invitantem, jamque inter aulicas larvas etiam hæresin abjicit. Agnoverunt itaque iterum & amarunt IOANNICIVM suum Superi, cumque invidia illi venenum misceret, fraudem detexerunt. Ille preces veteres frequentavit: *Spes mea Deus Pater, asylon Christus, scutum Spiritus est.* Certè unica crux & panoplia & panchrestum IOANNICIO fuit. Hâc ille cum gregem suum circumscriptis ad preces abiturus, nihil umquam ex illo desiderabat; hâc morbos pellebat, serpentes exarmabat, rumpebat vincula, medios hostium cuneos penetrabat, ipsos malos dæmones fugabat. Ipse tamen fugere non erubuit, cum in impuras cogitationes pugnandum fuit. Quin, cum è virgine sacrâ has proscriptisset, sed iisdem se obsecrum animadverteret, ita ab his abhorruit; ut non dubitaret rectâ ad draconem rendere, prædamque se illi (si Numinis placuerit) devorandam objiceret. Et profecto, si sapit juventus, non ita ad flammantes draconis oculos, non sibilos iratos, & dentatos rictus, uti ad aspectus Veneris molles, ad verba mellea. & artidentia oscula exhorrescat. Ex Metaphr.

Luxuriam mortem anima ille evadere poterit, qui ipsius occasions fugit, principiis tentationis resistit; carnis desideria frangit, corporis abhorret otium, corporis resolutionem recognitat, & præcipue cordis humilitatem possidere conatur. S. Laurent. Iustin. lib. 1. de Spirit. interitu animæ.

S. EMERICVS CONF. 4. Novembri.

Pater EMERICO D. Stephanus fuit Vngarie rex. Matrem in terris Gisalam, D. Henrici Imperatoris sororem, in cœlis MARIAM salutavit,

eui nat
A tanti
non die
luptati
precib
ri depr
decurrir
terre f
mimoru
à paren
quidem
men plu
sepetes d
la sua m
plurima
num ge
rocem a
Superis
forem f
quâd su
ita hi N
stum, sed
num in
bius Ep
vento, cu
Marcesc
manu sc
Duo
in te ha
amor M
amabas
fria cor
Trach. 2